



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 137. Idem prope Sarnum cæsus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

**Sæcul. XV.** Dux unacum sociis suis, incitatis equis,  
A.C. 1459. solutisque habenis affugere compelleretur.

## §. CXXXVII.

*Ferdinandi clades apud Sarnum.*

**Bagni.** Postera die Ferdinandus proditionis injuriam ulturus, in Stellatæ ditiones populabundus irrupt, & Balneolensem agrum Sueßam usque immani strage, terroreque involvit. Paucis post diebus Pontificis exercitum sub Duce Simonolto adventare comperiens, cum suis obviam processit, & junctis utrinque copiis Sarnum urbem cinxit. Jamque obsidionem strenue urgebat, cum præter exspectationem nuntium accipit, quod Papa mutata animi sententia suo Belliduci præceperit, confessim exercitum reduceret. Hoc Pontificis mandatum adeo nulla moræ ac temporis lege circumscriptum erat, ut Ferdinandus ei quantocius parendum ratus, obsidionem solveret. Ast dum Ferdinandus obsidione soluta Simonoltum sequi paraverat, utrumque Calabrensis Ducis copiæ adoriuntur, & apud Sarnum ingenti clade deletum fugant, Pontificii exercitus Ducem trucidant, & quam plurimos proelio capiunt, quos Calabrienses Dux Massiliam perduci jussit. Creditum est, quod Joannes certius Neapo-

Neapolin, quo Ferdinandus confugerat, Sæcul. XV.  
 suo imperio subigere potuisset, si suum, A.C. 1459.  
 & non aliorum consilium secutus, absque  
 ulteriori mora urbem obsedisset, a quo  
 tamen proposito aversus fuit a Principe  
 Tarentino, qui Duci suggerebat, consul-  
 tius fore, ut prius ea, quæ viciniora es-  
 sent, loca in potestatem redigeret, quam  
 ut maximi moliminis rem dubia sorte  
 temerarie aggrederetur. Ferdinandus  
 hac cunctatione opportune usus, res suas  
 restauravit, ac subsidia sibi a Papa &  
 Sfortia Mediolanensem Duce submissa  
 præstolandi spatium accepit; unde fa-  
 ctum, ut Calabriensis Dux Neapolitanæ  
 urbis obsidionem, quam prius animo  
 conceperat, penitus intermittere com-  
 pulsus fuerit.

### §. CXXXVIII.

*Ferdinandus a Papa potenter pro-  
 tectus, & quare?*

Equidem (\*) Papa, tanta sollicitudine  
 ad

---

(\*) Hæc Continuator denuo ex Spondano  
 transcripsit, utinam! & illius ingenuitatem,  
 ac erga S. Sedem imitatus esset reverentiam;  
 Hic enim sua dicta saltem interjecta hac nota  
 mitigabat: (*absque tamen ulla accusatione, &*  
*servata omni in Pontificem reverentia.*)